hac remissione ac fraterna correctione quere Lec. 72. et sequentibus.

tu pater noster celestis. induci pmittas gratiam subtrahēdo ne vincamur.

# Et ne nos inducas in tentationem. Lec. 78.

demonis. mūdi. carnis in ea descendo p ↄsensū quo pficitur peccatū.

Petitio sexta q̄ petit remotionem mediocris mali. inducētis in malū maximū qd est pctm̄. Hoc aūt malum mediocre. est tētatio ad peccandum. q̄ fm se non mala est. qm̄ preparat victori coronā. Sed vinci tentatione malū est. Ideo nō petim⁹ vt nō tentemur: sed ne tentationi succūbam⁹ ei ↄsentiēdo in pctm̄. ꝛ hoc est induci in tentationē. Tentari itaqȝ ad exercitiū virtutis bonū est. sed in tentatiōe relinqui vsqȝ ad peccati ↄsensum. malum e. Petim⁹ ergo a patre nr̄o vt nō subtrahat nobis dum tentamur gratie sue auxiliū. sed tanq̄ pr̄ fidelissim⁹ nos custodiat. vt nos nō apprehēdat tentatio nisi humana. nec paciatur nos tentari vltra id qd possum⁹. sed faciat cū tentatione puentū vt possimus sustinere. et viriliter suo coopante auxilio triumphare. Multa de tentationib⁹ dyaboli fraudibus. et contrarijs medelis habes Lec. 77. et. 78. 1. Cor. 10.

Sequitur petitio vltima

pene. pñti et futuro. fiat ↄcedantur petita

# Sȝ libera nos a malo amē. Lec. 79.

Petitio septima ꝛ vltima cū ↄclusione p verbū Amē. qua petim⁹ liberationē a malis pene. q̄ minima sūt respectu mali culpe: ꝛ mali occasionis in culpā inducentis. Malum ēm pene minus malū est q̄ culpa. qm̄ est culpe ordinatiuū. Exponit aūt a quibusdā de malis pene indifferēter tam presentib⁹ q̄ futuris. Uerum qȝ nō expediret fm statū lapse nature. omnē penā tolli ab homie. qm̄ fm Greg. Mala que hic patimur ad deum nos ire cōpellunt. Ideo nō oram⁹ vt